Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster

in arabia situ et tota terra in arabia est rubea
propter cuius rubedinem terra tresten[a] ibidem in ea
excepto hominibus sunt rubea propterea ibidem aurum
optimum in modum radicum tenuissimarum reperitur
Similiter in mari rubro multe sunt insule in quibus
ligna rubea diversimode crescunt inter que species
lignum brasilinum quod hic brasilholcz dicitur Mare
rubrum non est longum neque latum figura triangulari
formatum et in loco quo filii israel transiverunt circa
iiij^or ut quinque miliaria est latum et in mari rubro
est quoddam castrum soldano pertinens in quo no-
biles paganorum captivi detinentur Et etiam ab hoc
castro custoditur ne aliquis latinus vel cismarinus
vel quis ab ista parte maris natus transeat in in-
diam ne de statu et strenuitate hominum partium cis-
marinarum presbytero iohanni vel indis nil referant
vel literas portant Nam facilius per mare rubrum
in occeanum et indiam navigaretur si illud
castrum non obstaret Sed indi et mercatores ori-
entales transire poterunt quotiens volunt tamen [illegible]
episcopos et duos qui per mare rubrum presbytero iohanni sp
de omni statu partium occidentalium istarum omnia no-
va mandabat huius castri vitatores faciunt